Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super vicesimoprimo et vicesimo secundo articulis incipientibus tum qd
talia miracula ꝛc et tum qd omnia miracula ꝛc testis examinata dicit articulos
esse veros quia aliter fieri posse non credit

Super vicesimotertio articulo incipiens tum qd quotidie ꝛc testis exami-
nata dicit articulum fore verum quia paucis diebus elapsis audivit certa mira-
cula facta esse sed nescit qualia

Super vicesimoquarto articulo incipiens tum qd de predictis civibus ꝛc testis
examinata dicit articulum fore verum quia semper ita audivit et hodie famat

Et fuit iniunctum eidem testi prout est moris ꝛc

Eodem die videlicet Sabbati vicesima septima mensis Junii Anno Domini
millesimoquadringentesimoseptuagesimo primo fuit examinata discreta mulier
Margaretha relicta quondam Nicolai Leivel opidani Viennensis patrumen
diaresis etatis sue annorum triginta vel circa que deposuit vt sequitur

Et primo super primo secundo et aliis articulis vsque ad octavum inclusive
testis examinata dicit articulos esse veros quia semper ita a senioribus suis
audivit

Super Nono articulo incipiens item qd sepius contingit infideles ꝛc testis exa-
minata dicit se nil scire

Super decimo et vndecimo articulis incipiens tum qd pro fide xpi ꝛc et tum
qd tato tempore ꝛc testis examinata credit articulos esse veros quia contra
illum non audivit

Super duodecimo articulo incipiens tum qd propter bona opa sua ꝛc testis
examinata dicit articulum esse verum quia hodiernis diebus ita canonizatur

Super Tercidecimo et Quartodecimo articulis incipientibus tum qd
a sede apostolica ꝛc et item qd propter virtutem ꝛc testis examinata dixit
sibi nil constare

Super Quintodecimo decimosexto decimoseptimo et decimooctavo
articulis testis examinata dicit vt ad primum

Super decimonono articulo incipiens item qd post mortem suam claruit ꝛc
testis examinata dicit articulum fore verum quia in facsimile miracu-
lum beatus Leopoldus in ea ostendit Interrogata iuxta interrogatoria
scripta in principio huiusmodi examinis descripta Testis respondendo
dixit quod de anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo
primo circa festum Sancti Martini infecta fuerit Pestilencia tribus locis
in suo corpore videlicet in collo sub brachio et circa verenda a deo qd
per octo dies propter tumefactam et inflatuam colli absque cibo et potu
iacuit et periit media signanter a magistro Michael Schulteis expertissimis
medicis eam dereliquerunt nolentes sibi vltercius medicinas exhibere

28ty et nonny 47/4

47